

qd' dico **Q**uare iudicatus eubordina. i. sine
 con. s. t. m. s. p. i. g. u. s. x. p. i. e. s. t. **Q**uare panis et
 vinu. m. m. n. e. p. a. r. t. i. c. i. p. i. u. c. o. r. p. o. s. **D**omi. q. s. t.
 qm. v. n. u. s. p. a. n. i. s. e. t. v. n. i. c. o. r. p. u. s. m. u. l. t. i. s. u. n. i. s.
 o. m. n. e. s. q. u. i. d. e. v. n. o. p. a. n. e. z. d. e. v. n. o. m. i. l. i. u. p. a. r. t. i. a.
 p. a. n. i. **Q**uare i. s. t. s. a. b. d. u. m. m. i. n. i. s. **Q**uare q.
 a. b. u. h. o. s. t. i. a. s. p. a. r. t. i. c. i. p. o. s. s. t. a. l. i. u. n. i. s. **Q**uare q.
 d. i. c. o. q. d. p. a. n. i. s. p. r. o. l. a. b. i. s. s. i. t. o. i. a. u. i. d. a. u. t. q. d.
 p. a. n. i. s. s. i. t. a. l. i. q. u. i. d. **Q**uare s. i. v. n. i. n. i. s. a. s. s. e. r. u. a. t.
 d. e. m. o. n. i. s. p. r. o. l. a. b. i. n. t. z. m. o. i. s. d. i. o. v. **Q**uare q. d. o. s.
 v. n. o. s. p. a. n. e. s. h. e. r. e. d. e. m. o. n. i. o. r. **N**on p. o. s. s. i. b. i. l. i. t. e. r.
 d. o. m. i. b. i. a. e. z. m. i. l. i. u. s. d. e. m. o. n. i. o. r. **I**tem p. a.
 t. e. s. t. i. s. m. e. n. s. e. d. o. m. i. p. a. r. t. i. c. i. p. o. s. e. s. t. z. p. a. n. i. s.
 d. e. m. o. n. i. o. r. **I**tem m. u. l. t. i. m. d. o. m. i. **Q**uare q. d. o. s.
 f. a. c. t. i. o. n. e. i. l. l. e. s. i. m. i. l. i. u. s. **D**omi. n. i. s. i. n. i. s. u. n. t. p. a. n. i. s.
 o. m. n. i. a. e. p. a. r. t. i. c. i. p. i. u. t. **D**omi. n. i. s. m. i. l. i. t. e. s. v. n. o. o. u. i. c. i. s.
 s. u. n. t. **Q**uare q. d. s. u. i. u. s. e. s. t. q. u. e. n. i. s. s. e. q. d. a. l. i. u. s.
Domi. n. i. q. d. i. n. v. i. c. i. l. l. i. u. v. e. n. i. t. m. e. m. o. r. a. n. t. i. e. i. n.
 t. h. i. l. m. i. n. i. g. r. a. t. i. o. n. e. p. p. t. e. c. o. n. s. c. i. e. n. t. i. a. z. s. i. m. i. l. i. t. e. r.
 t. e. a. m. z. p. l. o. r. i. t. i. u. s. e. u. s. **D**omi. n. i. s. q. u. i. v. e. n. i. t. v. n. o.
 i. n. f. i. c. i. l. i. u. a. d. c. o. m. i. e. t. v. i. l. i. s. n. o. o. m. n. i. q. d. v. o. l. u. n. t.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,



46
Institutionum Anatomicarum
DISPUTATIO XV.
De
ALTERA CAPITIS

Parte,

Quam

D. O. M. A.

SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHII,
Marcobrettani Fr., Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witbergensium Academia
defendendam suscipiet*

Abrahamus Bogner
Spizensis Austriac.

Ad diem 30. Septemb. horis & loco notis.



VVITEBERGAE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.
Anno c1o 1o CVII.

NOBILIBUS & STRENUIS,
Eruditione Ornatissimis, cæterarumq;
Virtutum præstantissimarum Laude
maximè conspicuis Viris,

Dn. IOANNI FRIDERICO
Dn. SIGISMUNDO BERNHARDO
Dn. WOLFFGANGO ANDREAE
RAUBERIS,

Fratribus Germanis, in Obertrixen
& Reinegg.

Dn. ERASMO GEORGIO
à Morheimb in Prebelau
Equitibus Carinthijs.

Et

Clarissimo Viro Domino
PAVLO HOMBERGERO
Cantori apud Ratisponenses
solertissimo,

Dominis Fautoribus, Promotoribus, & Præ-
ceptoribus Exercitium hoc Anatomicum, eâ, quâ Par est, ani-
mi submissione, in debita pietatis observantia
εὐεβολον offerre, nuncupare ac conse-
crare voluit

Abrahamus Bogner Spizensis
Austriacus.



DISPUTATIO XV.

De

Alter a parte Capitis.



Actenus primam capitis partem capillatam sc. absolvimus; sequitur nunc altera glabra, de qua nunc disquirere lubet.

1. Glabra pars, facies est & calva subiecta. Dicitur in homine *ἡ πρόσωπον* & nomen à re ipsa accepisse videtur monente Arist. 3. de part. anim. 1. quod *ἡ πρόσωπον* ἀνθρώπου ἀντροσφύλλον prospiciat, quia solus homo prospicit anteversum vocemque anteversum mittit.

2. Partes huius duæ sunt una superior qua *ἡ μέτωπος*, id est, frons à ferendo, quod animi indicia præ se ferat, est enim tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, pudoris, & severitatis iudex, ut Laurentius pulchrè scribit, unde τὸ μέτωπον τοῦ ἄνθρωπου frontem perfricuisse dicuntur, qui verecundiam abiecerunt impudentes sunt; Cuius extrema *ὀφθαλμοὶ*, id est, supercilia appellantur; altera inferior qua à supercilijs ad collum usque extenditur propriè facies vocatur ad quam pertinent tempora, genæ, os, labia, mentum. Hæc facies rursus ut superiores cavitates in continentes & contentas partes dividitur. Continentium rursus quedam sunt communes, quedam propriæ. Communes sunt cuticula cutis, adeps, panniculus, de quibus supra. Continentes propriæ sunt musculi ossa, &c. quæ faciem ipsam quasi constituunt. Partes contentæ, sunt 4. sensuum domicilia ut sunt
A 2 oculi,

oculi, nares, aures, os in quo gustus instrumentum lingua sc. vo-
cis & larynx. De quibus sigillatim est differendum.

C A P. I.

De Oculis.

Oculi sunt facultatis visivæ organa, quibus tanquam speculatoribus utimur, non solum ut ea quæ nocitura sunt, videamus & fugiamus, quæ utilisia persequamur: sed etiam ut per ea quæ visibilia sunt Dei invisibilis omnipotentiam contemplemur. Gal. 8. us. part. 5. de anat. viv.

1. Oculus Græcis ὀφθαλμὸς dicitur quasi ὠπὸς θαλάμου quod sit thalamus ex quo visus emicat, & ob id oculi φάρα dicuntur, quod ex ipsis φῶς seu lumen progrediatur. Latinis, ut Varroni & Lactantio oculi ab occulendo vel occultando, dicto eò quod sub palpebris tanquam teguminibus, non aliter tanquam sub testa conchæ constituti sint.

2. Partes oculi duplices sunt externæ & internæ.

3. Externæ (quæ propugnaculi causa circumpositæ sunt, supercilia & palpebra.

C A P. II.

De Supercilijs.

Supercilia Græcis ὀφρύες hirsutæ sunt frontis extremitates, instar muri cuiusdam oculis concessa, quò ea quæ à capite defluunt, excipiant.

1. Componuntur autem supercilia ex cute, carnosis fibris à musculis frontis productis, adipe, & pilis.

2. Cuti

2. Cuti ubi pili (τοὶ ἀπὸ Medicis nominantur) crescunt, est crassa & dura; crassa est, ut oculos melius muniat; dura verò quo pili numero æquales sint, nec in immensum crescant.

3. Intermedium inter supercilia spatium quod scilicet depile est μετόφθρον à Ruffo & Polluce dicitur, Straton Philosophus principatum animi ibi collocavit, ut Plutarchus refert. Quando itaque hoc spatium non est depile, sed pilos habet, hominem tenacem, invidum, secretum, sagacem, &c. denotat. Longi verò pili hominem subtilis intellectus (qualis fuit Nic. Frischlinus, Grammaticus) significant.

4. Usus superciliarum est oculos ab omnibus injurijs externis defendere.

C A P. III. De Palpebris.

Palpebræ dicuntur, Græcis βλέφαρα, quasi βλέπωντος φάρα. id est, visus tunicæ unde à Poeta quodam ὀμματόφυλλα, id est, oculi folia appellantur.

1. Sunt autem in quolibet oculo duæ palpebræ superior una, altera inferior. Superior mobilis est, inferior immobilis, mobilis fit beneficio motus genarum.

2. Palpebræ componuntur ex cute, membrana carnosâ, musculis, tunica, tarsis & cilijs, de quibus suo loco.

Usus harum est, oculos ab externis defendere iniurijs.

C A P. IV. De Internis Oculorum

partibus.

Internæ oculorum partes constituentibus sunt adeps musculi, vasa, tunicæ, & humores.

A 3

1. Adeps

1. *Adeps inter inania musculorum & nervorum spatia copiosus, ad eorum humectationem, quò facilius moveantur neve exsiccentur, reperitur.*

2. *De musculorum numero sunt varia sententia. Septem Gal. 10. usu part. 8. Vesal. & Fusch. numerant Archang Col. 5. Valvard. 4. Nos cum Fallop. Bauh. sex defendimus 4. rectos & duos obliquos. Recti à rotunda parte oculi circa annatam tunicam originem habent: horum usus est attollere, & deprimere oculos, unde alius musculus superbus vocatur, qui sursum, alius humilis, qui deorsum movet oculum. Obliqui, id est, circulares sic nominantur, quia obliquè movent oculos, ideoq; aliàs vocantur amatorij.*

3. *Vasa quæ ad oculos feruntur sunt vena, arteria, & nervi, Vena à jugularibus venis prodeunt, & sanguinem ad oculum nutritionis gratia vehunt. Arteria à carotidibus pronascuntur, quæ calorem insitum oculorum conservant. Nervi duplices sunt visorij & motorij. Visorij sunt optici utring; unus, & sunt inter omnes nervos sensorios maximi, crassissimi & mollissimi, ut per hos copiosè sentiendi facultas ad oculum deferatur, citissimeq; afficiantur, & sentiant. Nervi motorij apparent circa extremitatem musculorum, qui unâ cum predictis vasis ad oculos spiritus copiosissimos vehunt.*

4. *Membranas quod attinet, duplices sunt, aliæ totò oculo communes; aliæ humorum propriae; De communibus disputant Anatomici, alij quatuor, alij sex, alij septem, nos octo numeramus.*

5. *Prima & extima annata vocatur, cuius beneficio oculi adhærescunt, ne exorbitent.*

6. *Secunda αἰώριον & est, & oritur à tendinibus sive musculorum nervosis exilitatibus: ambæ finiuntur in iride.*

7. *Tertia anteriore sui parte circa iridem instar cornu pelucet unde & κερταειδὴς cornuta dicitur, dura etiam est, unde σκληρωδὴς nuncupatur, & totum oculum ambit.*

8. *Quarta*

8. Quarta *παρυοειδης* est, & ipsa totum ambit oculum, ori-
turq; secundum nonnullos à pia matre & vocatur *Vvea*, quia aci-
num vinaceum exprimit, aut folliculum eius, cui avulsus est pedi-
culus, introrsum compressa & fenestrata ubi acies cernendi est,
quæ pupilla vocatur.

9. Quinta veluti oculi diametros est, succinctu suo me-
dium penè dividens in duos semiglobos, quorum anterior paulò
minor est. Interstitium vulgus nominat, quo aqueus & vitreus
disparantur; idemq; ciliare, quoniam ex fibris ab *Vvea* ciliorum
more, quasi radiatione quadam procedentibus confit.

10. Huius meditullium sexta obtinet quæ à *αραχνοειδης*
aranea dicitur tenuissima est, & crystallinum humorem obvol-
vit.

11. Ei adversa septima retro, crystallini partem obvelan e
nudus vitreo immergatur.

12. Ultima octava à reticuli similitudine à *αμφιελης* *ποει-
δης*, id est, reticularis, quæ à nervo optico originem habet, diffundit,
hæc per universum oculum visiles spiritus, item visilium spectra
ad cerebrum tanquam ad iudicem defert.

13. Sub his membranis sive tunicis humores tres
sunt, lucidi figura & consistentia varij, Aqueus chry stallinus
& Vitreus.

14. Primus *υδατοειδης*, id est, aqueus dictus, quod tenuis
fluidus, & pellucidus sit, ut aqua: Lentioris tamen cuiusdam si-
mul etiam particeps est instar albuminis ovi, unde albugineus hu-
mor ab Aetio nūcupatur. Situs est hic humor in anteriore oculi he-
misphærio. Humectat crystallinum ne ab externo aere exiccetur, &
splendorem externum non nihil infringit, ne subito luminis & re-
rum obiectarum occursum acies videndi impediatur. Cavet etiam
ne spiritus visorij conjertim effluant, ac dissipentur.

15. Secundus est *κρυσταλλοειδης*, nomen habens à crystalli
specie, qualem quidem non duritie refert, sed luce & claritate. Est
enim

enim omnium purissimus & lucidissimus, & ut cera molliuscula sponte sua consistens figuram propriam servat. Ab Actio $\Phi\alpha\nu\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$, id est, lenticularis, appellatur à figura, quam non globosam totam, sed lentis specie in anteriore parte compressam habet. Immergitur secundum Vesalium nudus in vitreum parte posteriore: secundum Fallopium tectus tunica, quam vitrei tunicam nominat. Situs est fere in oculi centro, è regione pupillæ, estq; præcipua oculi pars, in qua visio fit, cuius actio mediante speculo adaugetur. Colore caret, quia omne recipiens à natura recepti denudatum esse debet.

16. Tertius $\upsilon\alpha\lambda\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$, id est, vitreus dicitur, quia $\omicron\upsilon\varsigma\acute{\alpha}\omicron\delta$ sua vitro in fornacibus fuso, & liquefacto colore & claritate vitro refrigerato & indurato est similis, mollior aliquo modo crystallino, nec tamen ita pellucidus. Occupat posterius oculi hæmispherium, neq; duntaxat sedem præbet crystallino, qui posteriore sua medietate vitreo immergitur, sed etiam eundem nutrit. Tantum breviter de humoribus.

Usus oculorum ex dictis satis patet.

Figura hæc oculum cum suis musculis, tunicis & membranis exhibet.



1. Annata tunica.
2. $\alpha\iota\omega\nu\mu\epsilon\theta$.
3. Tertia tunica oculi $\kappa\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$ dicta, id est, cornea posteriore parte (A) satis crassa est.
4. Vena $\rho\alpha\gamma\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$ introrsum (B) compressa atq; fenestrata ubi acies (C) videndi est.
5. Ciliaris.
6. Aranea $\alpha\epsilon\gamma\epsilon\chi\nu\omicron\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$.
7. Septima.

S. $\alpha\mu\Phi\iota$

- g. ἀμφιβληστροειδῆς *reticularis.*
 d. Humor aqueus ὑδατώδης.
 f. κριτάλλινος.
 g. Vitreus ὑαλοειδῆς.
 h. Adeps musculus valdè copiosus interspergitur.
 i. k. l. Tres recti muscoli.
 m. Tunica oculi à dura matre, cerebri corneam constituens.
 n. Tunica à pia matre uveam constituens.
 o. Nervus opticus.
 p. Obliquus musculus oculi.

De Accidentibus.

1. Siti sunt oculi loco edito anteriori & profundo
 1. ni loco edito, ut veluti exploratores, & custodes interdum noctuq;
 nobis excubantes eminens quacumq; nocitura sunt, aut profutura
 prospiciant. 2. ni loco anteriori, ut animal quæ illi obversantur
 videat. 3. in loco profundo, ut tutiores essent, & minor spirituum
 fieret dissipatio.

2. Figuram quod attinet: Colum. spherica est, Arch. ro-
 tunda & globosa; Plat: Oculus, cum humoribus rotundus est, sed
 propter musculos turbinatam adipiscitur figuram. Laurent. ro-
 tunda, sed aliquantulum oblonga.

3. Magnitudo tanta, quantam & corporis humani mo-
 les, & summum videndi acumen efflagitabat.

4. Numero duo sunt, ut cetera sensuum instrumenta ut
 prestantior & cumulatio fieret aspiciendi actio, qui eodem motu
 simul & semel moventur, quo visio perfectior fiat. nam (inquit
 Bauh.) si altero elevato, alter deprimeretur, obiectum simplex ge-
 minum appareret, cum visoriorum conorum axes in uno eodemq;
 plano locari debuerint, quam sane actionem nervorum motorum
 in exortu coniunctio promovet, ut supra dictum.

Tantum de oculis.

B

CAP.

C A P. V.
De Auribus.

Quemadmodum sensus videndi testis est experientia, ita auditus disciplinae & eruditionis Magister. Cum enim eorum quae in oculos incurrunt rationem omnium aequè non percipiant, doctrinam accedere necesse est, quae auribus hausta vera causarum cognitione instruat, & erudiat. Quare Aristoteles auditum plurimum conferre ait ad cognitionem & sapientiam, & eruditione magis valuisse, qui ab ortu suo cæci fuere, quam qui surdi aut muti.

Auris itaque est pars capitis dissimularis: auditui inserviens.

1. Aures ab hauriendis vocibus dictae Graecis ὠτα & ἄτα à voce accipienda ἄνοα nominantur.

2. Partes auris imprimis duae sunt, interna & externa. Externa rursus dividitur in duas partes, in primam, quae superior & cartilaginosa, ut cedere queat & sit flexilis decubitus causa; & in auriculam quae carnosae & multis sinibus anfractuosis praedita, ne ab injurijs externis ledatur, & ut sonum facile recipiat, & sonus, quia per sublime fertur loco aliàs altiori constituta est, nec non patula, ut dormientibus etiam sit praesidio, interrim monens audienda plura, loquenda pauca, cum os claudi queat.

3. Partes constituentes externae auris partes quod attinet duplices sunt, communes & propriae. Communes sunt cutis, membrana, &c. de quibus supra dictum. Propriae sunt muscoli, vasa & cartilago.

4. Musculos quod attinet horum 4. sunt. Primus est communis auriculae & vocatur quadratus & originem habet, à musculo illo, qui faciem movet. 2. Proprius est in anteriore parte situs circa musculi temporalis finem. 3. Ab occipitio oritur. 4. Sub ligamento cartilaginis auris invenitur.

5 Vasa

5. Vasa habet 1. Venas à jugulari ramo externo nutriti-
onis gratia. 2. arterias à carotidis ramo interiore caloris caussa.
3. Nervos minimos duos à secunda medulla cervicis coniugatione
sensus caussa. De cartilagine supra dictum.

6. Interna auris pars ex varijs partibus conflatur. Pri-
mo ex quatuor meatibus. Primus vocatur auditorius, qui coracea
cute operitur; in meatu huius extremo situm est membranosum se-
ptum, quod tympanum ob similitudinem vocant. Huius beneficio
externus aer cum interiore communicatur.

7. Secunda cavitas ampla est & concha, Vesal. pelvis di-
citur. In hac cavitate continetur vernaculus aer ut vocant, qui
pullatur & percutitur ab externo, ut sonus ad auditorium nervum
commodius trahi possit, & etiam expurgari, ductu cartilagineo per
palatum, ad quod munus obeundum à natura tria destinata sunt
organa sive ossicula. Malleus, sc. Incus, Stapes. Malleus supra in-
cudē, incus stapedi nititur. Malleus autem & incus licet duo sint,
ita arctē tamen copulata, ut tanquam unum appareant, & qui-
dem unum ad soni delationem, gemina ad membranae tutelam. Ad
traiectionem itaq; facit aer vernaculus, expurgationi inservit du-
ctus cartilagineus ad palatum tendens, unde inter aurem, pala-
tum & linguam supra dēta existit, quod apparet in oscitatione, nec
non in surdastris, qui egrē loquuntur.

8. Tertia Cavitas Labyrinthus ob perplexitatem dici-
tur, per quam diversi soni delati acutiores fiunt.

9. Quarta cavitas cochlea Fallopio à flexuosā meatu
obliquitate, Vesalio antrum buccinosum dicitur. Quibusdam fo-
ramen cecum, et si revera cecum non sit. Hæc cavitas ampla est,
ut ad acutum & ad gravem sonum se accommodet. Amplum enim
foramen, gravem; angustum acutum admittit sonum.

10. Præterea arterie venæ & nervi auribus immittuntur,
& imprimis nervus auditorius, qui sonorum omnium conceptū ad
sensum

sensum communem tanquam censorem vehit. Vnde hic ad cerebrum quando unitur, sonus per aures arreptus, unus percipitur.

11. *Ergo aures ideo sunt factæ, ut illis utamur, in percipiendis & internoscendis rebus audibilibus.*

Hæc Figura meatus auris exhibet.



- a. *Meatus auris secundus.*
- b. *Primus meatus.*
- c. *Crepido est primi meatus,*
- d. *Os styli scriptorij forma, corneo lo aurium introitui subiectum.*
- e. *Mucro ossis petraei, si ve petrosi, intra calvariã versus l. Etulum ossis cunei, & vespertilionum alas porrectus.*

Sequens Figura delineationem proponit reliquarum duarum cavitatum, quas naturæ placuit in profundo petrae penitus abstrudere, ut nisi osse eò proximè sub fenestellis dissecto, cerni haud queant.



- f. *Exhibet cochleam arte quadam & machinatione spectabilem.*
 - g. *Exhibet cavitatem, quæ ob perplexitatem labyrinthus dicitur.*
- Tria ossicula auditus distincta.*
- 1. *Malleolus est.*
 - 2. *Incus.*
 - 3. *Stapes.*

De

De Accidentibus.

1. *Aures quia sonum percipere debent, in altis corporum partibus sunt locatæ, & quidem ad latus utrunq; in eadem linea cum oculis sitæ. Simiæ aures, mediam positionem inter bruta & homines obtinuere, cum animal sit medium inter hominis figuram erectam, & quadrupedis pronam: Cui etiam non omnino immobiles, ut homini, neq; mobiles ut brutis, sed exiguo motu præditæ, & paulò altius, quam in homine positæ. Aquapendens & Placentinus.*

2. *Magnitudine variant, in alijs enim maiores, in alijs verò minores sunt, verum homini per exigua sunt, tum ad ornatum, tum quia caput pileo, galeis aut alijs tegumentis tegendum sit, Gal. 11. us. part. 12.*

3. *Figuram habent semicircularem, & interna regione, antri in modum excavata.*

4. *Sunt & circa aures corpora glandulosa solida, sive glandule insignes, & crasse, quas parotides vocant, unde & harum tumor magis dicitur, qui causatur à materia excrementosa, in eas vel à capite decumbent, & ibi postea impacta, vel à toto corpore confluyente, quod aliquando per crises in febribus usu venire solet.*

CAP. VI.

De Naso.

Nasus est pars in media facie posita, respirationis & olfactus instrumentum.

1. *Nasus Græcis πῖς dicitur à πῆω, quod per eum sordes & capitis excrementa defluant.*

2. *Dividitur nasus in partem superiorem, & inferiorem; Illa osse, & immobilis; hæc cartilaginosa & mobilis est. Superior*

B 3

pars

pars nasi dorsum dicitur, acuminata sive carinata spina nasi dicitur. Inferior pars nasi rursus dividitur in duos sinus quos pilves, id est, nares nominant. Usus huius divisionis, quo olfaciendi actio prestantior fiat.

3. Deinde Nasus constat cuticula, cute, musculis, ossibus, cartilaginibus & tunica interna: de prioribus supra dictum. Musculos quod attinet, de horum munere anatomici certant Gal. duos in l. de diff. mus. recenset, Vesal. 4 & ait duos dilatationi, & duos constrictioni inservire: Col. & Arch. duos saltem dilatantes ponunt, Fall. octo, Plater. sex. Laurent. 4. Bauhin. octo, 4. constringentes & 4. dilatantes defendit.

4. Dilatantium duo exigui, ab osse malarum juxta labiorum musculum tertium qui circa nares est, utrinque unus oritur, & partim in primam externam, partim in labij superioris partem, quam Phyltrum vocant, inseritur, 2. reliqui duo à sutura frontis (Columb. horum inventionem sibi tribuit, quos solos recenset) acuto & carnosio principio cum musculorum frontis sine permixto exoriuntur, trianguli figuram penè referentes qui deorsum oblique supra nasi ossa delati latioresque redditi in pinnas implantantur; hi quasi fibris suis rectis sursum trahunt naresque dilatant.

5. Constringentium duo parvi (Fall. in observat. Septimum par instituit: verò octavum par, quod à Vesal. prætermisum scribit, Platero narium secundus musculus, qui addit, Vesalium frontis musculum eò pertingere existimasse.) carnosissimi circa primam radicem exoriuntur, & transversim in angulum narium inseruntur, quorum munus est nares occludere.

6. Constringentium duo alij (Vesal sextum par buccarum, at 6. par faciei Fallop. instituit.) tenuissimi & membranei sunt, originem habent ab extremitate ossis nasi, & deinde in alam nasi in utroque latere inseruntur: Usus horum est alas introducendo

cendo constringere, uti in nasutis videmus. Vide Bauhin. in suo theatro,

7. De ossibus infra agemus. Cartilagine quod attinet harum quinq; à Bauhino numerantur; quarum tres anteriori ossium circumferentijs connectuntur, due verò alas constituunt. Ves. 5. sunt, 4. globulum constituunt, quinta septimunere fungitur. Plat. & Laurent. 5. elatiores due: humiliores tres. Archang. quinq;, due latiores, tertia ab osse ethmoide, cuius extremitati due alia parva appositæ.

8. Venas habet nasus à jugularibus, quæ sanguinem pro nutritione vehunt. 2. arterias à Carotidibus caloris gratia. 3. nervos à tertia coniugatione medullæ cerebri, quorum ope nasus movetur, & sentit.

9. Tunica nasi (Gal. de instrumento olfactus. 1. membranam 2. tunicam vocat) à dura matre oritur & tunica, oris, palati, linguæ, laryngis, Oesophagi & ventriculi communis est, tenuior tamen est in naribus hæc tunica, quam in prædictis partibus. Ideoq; nasus sensu exquisitissimo præditus, uti videmus in sternutatione.

10. Usus nasi quod attinet. Primò nasus est meatus per quem aer inspirando & expirando ducitur ad cerebrum & pulmones. Etenim aeris pars maxima per os & nares ad pulmones rapitur cordis refrigerandi gratia; minor per nares trahitur ad cerebrum, quæ simul & odores secum vehit: aliquid tandem etiam ad ventriculum defertur; sicuti experiuntur illi qui jejuni in aere frigido versantur, quorum ventriculus calido cibo & potu juvatur. Secundò per nasum fit sternutatio, quæ est motus cerebri excutientis naturali robore inutilem humorem aut spiritum; ne retentus graves capitis morbos pariat. Causa efficiens interna sternutationis est calor cerebri naturalis fundens materiam noxiam, & virtutem expultricem ad eam excernendam stimulans. Næ ut Gal. in 6. Ep. inqu. sternutamenta semper nature opus sunt, et si à materia nature adversa existunt vaporibus sc. aut humoribus qui

qui vel genuerunt morbum, vel gignere possent, nisi expelleren-
 tur; Unde vulgò dici solet sternutamentum esse bonum effectum
 ex mala causa, quia est indicium roboris natura insurgentis ad-
 versus ea, quæ ipsi inimica sunt, ut profligantur: Qua de causa
 Aristoteles sternutamentum signum augurale & sacrum nomi-
 nat, quia partis in corpore prestantissima, & maximè sacra, capitis
 nimirum, sanitatem indicat. Πρωτοταξινη causa est calor exter-
 nus solis, motus corporis, medicamenta pharmica, quibus partim
 materia resolvitur, partim calor internus ad propellendum excusci-
 tatur. Materia est spiritus flatulentus, aut humor mordens. For-
 ma est concussio cerebri vehemens, qua hausto per inspirationem
 copioso aere, cerebrum se subito & vehementer constringit, & aeris
 pleno impetu quod noxium intra se continet, unâ cum hoc explodit
 & expellit. Finis seu usus est sanitas in primis capitis, ne relicta
 in cerebro supervacanea, morbis dent occasionem, ut doloribus capi-
 tis, gravedini, catarrhis, lethargo, Epilepsia, apoplexia, & simili-
 bus. Ideo sternutantibus benè precari solemus, quod periculosa ad-
 modum futura sit cerebri à retenta inutili materia obstructio.
 Tertio per nasum etiam fit odorum perceptio quorum vis magna est
 in roborando cerebro, & corde, & spiritibus, quemadmodum in ani-
 mi defectibus apparet. Et Hipp. testatur in lib. de alimentis
 item Gal. 2. aph. 11. eos qui citissima refectioe indigent, odora-
 tu recreari. Additur alia etiam quartus usus, pituita sc. per naves
 eductio; quam Aristoteles ὀξερέματ & vocabulo quod rividu-
 ctum significat, fortassis indicavit. Accidentia sunt sc. t. s. nota.

C A P. V I I.

De reliquis faciei partibus.

Faciei partes, quibus solus homo donatur, & quæ sub ocu-
 lis sunt, & inter nasum & aures usq; ad mentum sese exten-
 dunt priscis genæ dicebantur.

Divi-

Dividuntur autem genæ in partem superiorem & inferiorem, Superior μήλον, id est, malum, seu pomum faciei à similitudine cum malis quoad formam & colorem nominatur. Inferior bucca dicitur. Pars verò à naribus ad labrum usq; superius, mystax Polluci & Eustachio dicitur. Labia duo sunt superius & inferius, quæ dentes tegunt; horum extremitates vocantur prolabia, quæ in complicatione & commissura propter sanguinis fluxum rubent, hinc quo melior temperatura hominis eò etiam color horum jucundior. Foramen inter labia & prolabia vocatur Arist. σόμα, id est, os. Pars inferior in acutum tendens, mentum vocatur. Forma menti quæ eius medio impressa est, κόμη dicitur: Acuta pars menti ὄρυγος vocatur. Carnosa pars sub mento vocatur buccula, der Kader. Tandem in viris barba sequitur.

De Ore.

OS Græcis σόμα est rima, quæ constituitur in medio buccarum ex labijs. Partes huius duplices sunt constituentes & contenta. Constituentes sunt rursus duplices carnosæ & osseæ, illa sunt labia & muscoli buccarum, labiorum, & maxilla inferioris. Osseæ verò partes sunt maxilla superior & inferior, cum dentibus utriq; infixis, de quibus infra. Usus oris duplex primarius & secundarius. Primarius est, ut huius beneficio cibum & potum assumamus & spiremus, Arist. 1. hist. 2. Secundarius, ut excrementa pulmonum, & ventriculi interdum, per os reijciamus.

De Buccarum & labiorum musculis Communibus.

Musculi Buccis & labijs Communes, utrinque duo sunt. Quadratus & Buccinator.

C

1. Quadra.

1. Quadratus (1. par buccarum & labiorum Vesal. primum par faciei Fallop. Musculus latus in collo Syl. Col.) qui ortum habet circa scapulas & dimidiam ferè partem colli occupat, & in mentum & labia inseritur. Hic musculus in canina convulsione intenditur.

2. Secundus rotundus sive Buccinator (2. par buccarum Ves. 2. par faciei Fallop. 5. Sylvio: Buccarum musculus Columbo) & sic dicitur, quia buccas efformat. Oritur à superiori maxilla & in inferiorem inseritur, Hic musculus ad sermonem ac masticationem valdè confert.

De Labijs.

1. Labia sunt opercula oris data animalibus propter edendi & bibendi commoditatem. Duo sunt superius & inferius. Substantia horum, est carnosà & fungosa.

2. Moventur beneficio musculorum communium (de quibus modo dictum) & propriorum.

3. Proprios musculos habent in superiori parte utring, duos, in inferiori verò utring, unum.

4. Superioris primus (3. par. muscul. faciei Fallop.) à maxilla superioris osse oritur & lateri labij sui inseritur.

5. Secundus (7. par musculor faciei Fallop.) à cavitate malis subiecta oritur & in labrum inseritur.

6. Inferioris utring, unus (4. par. muscul. faciei Fallop.) brevis sed aliquo modo latus ab inferiore maxilla oritur & in labij medium implantatur, cuius beneficio diversi sunt labiorum motus.

7. Mittuntur & nervi ad labium utrumq, unde horum exquisitissimus sensus. Venæ item & arteriæ à propinquis locis nutritionis & caloris gratia. Gal. 11. us. part. 16.

De

De Maxillæ inferioris Musculis,

Musculos inferioris maxilla quod attinet, Vesal. Columb. tantum utrumque quatuor numerant, nos cum Bauh. quinque.

1. *Est temporalis (primus maxillæ Vesal. Columb. Plat. Archang. 1. par Laurent. 2. par maxillæ Fallopio) qui maximus, quia totam ferè cavitationem temporum occupat.*

2. *Mansorius primus (1. Fall. 2. Ves. 3. Columb.) oritur ab osse jugali & in huius inferiorem partem inseritur.*

3. *Sub temporalis sedem habet & parvus (Col. 2. Ves. & Fall. 3.) & à sphenoidis processibus pterygoideis nervosus exoritur, & maxilla inseritur.*

4. *Digastricus (4. musc. maxillæ inferioris Ves. Columb. Fallop. Plat. Archang. 3. par Laurent.) sive Graphioides, quia oritur à styloide processu, cuius officium est os aperire.*

5. *Quintus Mansorius alter qui in ore latitat crassus ac brevis est (Vesal. 3.) ossi maxillæ inferioris inseritur & cum quarto Maxillam deorsum trahit.*

De Ossibus faciei infra agemus.

C 2

Figura

Figura principum faciei musculorum.



- A. *Temporalis.*
 B. *Os jugale quod sub temporum musculus transit.*
 C. *Masseter, id est, mansorius.*
 D. *Buccinator.*
 E. *Musculus labri superioris.*
 F. *Musculus labri inferioris.*
 G. H. I. K. L. *Musculus ossis hyoidis.*
 M. *Mastoides, id est, 2. Capitis.*
 N. *Pars muscoli trapezij.*
 O. *Scalenus flectentium secundus colli.*
 P. *Ala nasi.*

Figura

Figura musculorum maxillæ inferioris.



- A. *Temporalis, id est, maxilla inferioris primus.*
 B. *Masseter musculus, id est, maxilla inferioris secundus faciei, mansorius aliàs dictus.*
 C. *Musculus rotundus, id est, Buccarum & labiorum musculus communis Buccinator aliàs dictus.*
 D. *Digastricus musculus, id est, quartus maxilla inferioris.*
 E. *Os hyoides, seu os linguae, musculis denudatum.*
 F. *Cacoideus digastricus.*
 G. G. *Musculi duo qui flectunt collum sive cervicem.*
 H. *Musculus omoplata levator, id est, quartus scapula.*

De partibus Oris contentis.

Hactenus de constituentibus Oris partibus egimus; sequuntur contentæ.

CAP. VIII. De Palato.

Palatum Græcis *ἔραυ* & *ναὶ ἔραυίον* quasi cœlum seu palatum & est pars oris superior meatuū cerebrum purgantium foramina continens. ex osse duro ac denso factum, ne ab excrementis delabentibus brevi computrescat.

1. *Substantia huius partim ossea partim carnosæ est. Ossea ne faciliè ob copiam superfluitatum putrescat. Carnosæ verò, ut beneficio tunicae suæ gustus sit instrumentum. Tunica autem eius est rugosa, quo cibi rectè mastigentur.*

2. *Concavum est etiam palatum, ut aere reverberato vox reddatur & aer attractus tanquam in sinu tepesiat ne ita crudus pulmones & cor offendat.*

3. *Habet & duo foramina, quo ore clauso homo & inspirare, exspirare, nec non interdum excrementa in ventriculis cerebri collecta per os reijcere possit.*

De Uvula.

A palato parte penitiorè juxta narium meatus propendet caruncula, quæ dicitur Hipp. γαργαραίων κίων Aristoteli, veteribus Medicis κίων ναὶ γαργαραίων Vesal. Gargarion, sibilus tintinabulum à voce & sonitu. Columbo Vva Uvula, Columella & Gargareon. Fall. Columna, uvula seu gurgulio. Plat. Columella seu gargareon. Laurent. uvula, gurgulio, plectrum, Arch. Colu-

Columella Gurgulio tamen, (ut placet Laurent. Bauhin.)
est proprium nomen huius partis, quando verò inflammata est hæc
caruncula ut fit plerumq; in morbo Gallico, angina, &c. dicitur co-
lumna, & uvula.

1. Substantia huius carnosæ & spongiosa est, quæ &
venulas à venis palatiunicam nutrientibus recipit.

2. Usus huius est, frigidatcm aeris inspirati temperare. 2.
pronunciationem adiuvare. Hinc eos quibus hæc caruncula est læ-
sa malè loqui audimus.

De Faucibus.

Fauces seu Φάρυγξ posteriorem & posteriorem oris partem,
gutturi gulaq; communem significant, ut volunt etiam Vesal. &
Laurent. Arist. 1. hist. 11. ubi narium foramina in os descendunt
lingua radix cum tonsillis, os hyoides, Oesophagus & larynx, cum
Epiglottide (de quibus supra) existunt Plin. lib. 11. summum gula,
fauces vocat, postremum verò stomachum.

1. In faucibus sunt duo foramina duarum fistularum ci-
balis, sc. & spiritualis, quæ continua humectatione indigent, ne
exsiccentur, unde Ovidius canit,

Caret Os humore loquentis

Et fauces arent vix est via Vocis in illis.

2. Usus facile patet.

De faucium glandulis si- vetonsillis.

Tonsillæ sunt parva corpora glandulosa, & spongiosa ad lin-
guam posita, ut humiditatem cerebri suscipiant. Græcis παγιδρυα
ut Hipp. de dentitione, ait aliàs vocantur amygdalæ die Mand-
len Tonsillæ etiam à tole dicuntur: Toles autem (ut inquit Festus)
est tumor faucium; vocantur etiam glandula ob glandis similitudi-
nem. Plin. l. 11. c. 37. in homine tonsillas, in sue verò glandulas vo-
cat.

1. Inte-

1. Integuntur tonsilla tunica oris communi, quæ nervosa est. Columb. addit hanc tunicam à dura matre pronatam, nares intus, palatum & linguam circumdare & duplicatam uvulam constituere, eam descendere, œsophagi, ventriculi & intestinorum, internam tunicam constituere, & post linguam, Epiglottida, laryngem, asperam arteriam ad extremos ramos per pulmonem delatos, ambire.

2. Venulas quoq; à jugularibus nutritionis causa recipiunt.

3. Usus harum est humiditatem cerebri suscipere, & in salivam convertere, item facere ad gustum, quia gustatio sine maldore non perficitur.

De Musculis faucium.

1. Fauces habent quatuor paria musculorum. 1. Par à sphæncoidis ossis apice oritur, & in palati cutaneam partem inseritur, & si ambo agant palatum sursum & antrorsum trahunt, si unus duntaxat, in illud latus in quo situs est trahit.

2. Secundum par ab eodem principio oritur & faucium lateribus inseritur, hæc duo paria faucibus dilatandis inserviunt.

3. Tertium par faucium posteriorem & lateralem cavitatem ambit, & in laryngis primam cartilaginem nonnunquam etiam in lingue radicem inseritur Fall. ait hoc par offæ degluti-
oni inservire.

4. Quartum par à styloidis appendice exoritur & in laryngis cartilaginem primam, &c. inseritur, degluti-
tioni inservit. Vide Bauhin. in suo theatro.

De Musculis ossis hyoidis.

1. Hoc os etiam habet quatuor paria. Primum par, (primum par Sylvio, 3. Ves. Col. & Fall.) à styloide processu oritur & in hyoidis cornua inseritur.

Secun-

De vi auid auid. ficut omnia regis de fante
Præ offensiois estur iudeis et gentibus et de
fuit de ficut et ego de omnia omnibus placet de
iudeis quod in velle est f. qd' multis et f.

iii. ficut **Suppli in decimum**

It itantes mei estur ficut et ego xpi iudeis
ante res fante qd' per tua memoratibus
et ficut iudei vobis p. xpi meo tenentibus
Isolo aut res fane qd' omnia vni caput xpi
est caput et mulieris me caput vobis xpi
Omnia omnia et ipi omnia relato capite
Anupit caput fuit **Omnia** et mulier omnia a

h. tantes non velle caput Anupit caput fuit

Primum est em a fideibus **Primum** si non

velat mulier et videtur **Primum** si non

mulier et videtur et videtur velat caput fuit

Primum iudei non velle relato caput fuit

magis est et gl. in vni mulier et gl. in vni

vni **Primum** em em et mulier f. mulier et

vno **Primum** non est omnibus vni p. mulier


f. mulier et p. vni **Primum** velle mulier et

lumen hule et f. in omnia p. mulier et

lumen hule et f. in omnia p. mulier et

lumen hule et f. in omnia p. mulier et

lumen hule et f. in omnia p. mulier et



Anatomicarum
TIO XV.

CAPITIS

M. A.
ÆSIDIO

NOBLOCHII,

Med. & Phil.D.

*rgensium Academia
lam suscipiet*

is Bogner
Austriac.

b. horis & loco notis.

ER G AE,

per Iohan. Gorman.
17 CVII.

46

